

Echinophora marinx, et Echinophorita. Meer-Hgel-Schnaefen, und Meer-Hgel-Schnaefen-Stein

Sunt Cochlez marinx orbiculares depressæ, sed supra in basi è centro canaliculo, seu rostro ab ore producto donatæ, tuberculis vel papillis maioribus duplici serie in extremitate spirarum sitis exornatæ, turbine umbonato, et spiris eiusdem admodum compressis, et quasi planis, ac omnimode in se contractis.

Echinophora marina depressa papillis maioribus seu tuberculis insignita margaritarum nitore, cortice spoliato, pulcherrime exornata, unde à Bonanno Cochlez depressa perlata dicitur. N.º 16.

Echinophorites minor cinereæ subrotundus supra in basi suo canaliculo seu rostro è centro exere derivante exornatus, et papillis maioribus, seu tuberculis donatus, turbine umbonato, et quasi plano, ac omnimode in se contracto. St. Gallensis.



Echinophorites maior ex albo flavescens supra in basi suo canaliculo, vel rostro concavo è centro ex ore derivante donatus papillis maioribus seu tuberculis exornatus, ac Tubulitis vermicularibus in rostro, et propè rostrum elegantissime insignitus ex eodem loco.



Idem cinereus, sed ovatus, turbine vix umbonato, et in basi sua Conchitulis, diversisque quilibet marinis insignitus eiusdem loci.

